Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">

quod vidisti ferreum mixtum testa et
luto. et digitos pedum ex parte
fereos. et ex parte fictilis. et
ex parte regnum erit solidum. et
ex parte contritum. ero quod autem vidisti
ferreum mixtum testa ex luto com-
mistebunt quidem humano semine
sed non adhaerebunt sibi. sicuti fer-
reum misceri non potest testae. sed die-
bus autem illorum regnorum suscit-
abit deus coeli regnum quod in ae-
ternum non dissipabitur et regnum
eius alio populo non tradetur. Comi-
nuet autem et consumet omnia
regna hec: et ipsum stabit in aet-
num. Secundum quod vidisti quod de monte
abscisus est lapis sine manibus
et comminuit testam et ferrum. et
aes et argentum et aurum: deus
magnus ostendit regi quae futura
sunt postea: et verum est somnium
et fidelis interpretatio eius. Tunc
rex nabuchodonosor cecidit in
faciem suam et danieli adoravit
et hostiam et incensum praecepit ut
sacrificarent ei. loquens ergo
rex ad daniel. Vere deus vest-
ter deus deorum est. dominus regum: et re-
velans mysteria. quia tu potu-
isti aperire hoc sacramentum.
Tunc rex daniel in sublime
extulit: et munera multa et
magna dedit ei: et constituit
eum principem super omnes provincias
babilonis. et praefectum magis-
tratuum super cunctos sapientes
babilonis: Daniel autem postu-
lavit a rege. et constituit super
opera provinciae babilonis. sid-
rac misac et abdenago.
ipse autem daniel erat in fo-
ribus regis:

Nabuchodonosor rex fe-
cit statuam auream altitu-
dine cubitorum sexaginta
latitudine cubitorum sex: et sta-
tuit eam in campo dura in pro-
vincia babilonis. misitque nabuchodono-
sor rex ut congregarentur
satrapae magistratus et iudi-
ces duces et tyrannos et praefectos
omnes quoque principes regionum ut
convenirent ad dedicationem statuae
quam erexerat nabuchodonosor
rex. Tunc congregati sunt satrapae
magistratus et iudices duces et
tyranni et optimates quique erant
in potestatibus constituti et omnes
principes regionum: ut convenirent
ad dedicationem statuae quam erexe-
rat nabuchodonosor rex. Sta-
bant autem in conspectu statuae
quam posuerat nabuchodono-
sor rex: et praeco clamabat
valenter: vobis dicitur populi
et tribubus et linguis: in ho-
ra qua audieritis sonitum
tubae et fistulae et cytharae sa-
bucae et psalterii et simpho-
niae et omnium generum musi-
corum: cadentes adorate statu-
am auream quam constituit
nabuchodonosor rex. Si quis
autem non prostratus adoraverit
eadem hora mittetur in fornac-
em ignis ardentis: post hoc
igitur stati ut audierunt omnes
populi sonitum tubae fistulae et
cytharae sambucae et psalte-
rii symphoniae et omnium gen-
erum musicorum. cadentes omnes gen-
tes et tribus et linguae adoraverunt
statuam auream quam constituerat
nabuchodonosor rex. Statim